Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



possessor plurium bonorum tam in pago Ainsun seu Comitatu Andecensi, quam in Oenivalle et Comitatu Tarentasi. Hic ergo, ni multum fallor, Bernardo Nobili de Weilheim dimidium Manſum in loco Ainsun tradiderat, quem dein Bernardus ♯ in Stammes cum Altwino Episcopo Brixinensi conveniens, ad altare SS. Cassiani et Ingenuini tradidit.

Cum autem Episcopus cum novem Clericis in Stammes venerit, minum sane; magis autem

n.5. Constat jam, Altwinum Episcopum circa seculi hujus medium in Stammes venisse, ibique commoratum fuisse cum novem Clericis. Fuit ergo tunc locus satis habitatus, et forte unus ex primi præcipuis in valle Oeni superiore. Certe diu ante Cœnobium ibi constructum jam Villa magna fuerat, quæ cum territorio proprio, et jure mundinarum in nativitate S. Joannis B. celebrandarum etc. uti ex tabulis Stamsensibus infra patebit. Ecclesiam quoque habuit S. Joanni B. sacram et innumeris beneficiis conspicuam; quæ dedicata fuerat in die octava Decollationis S. Joannis B. quadam V. Novembris: Jam inde quo vesco anno, nusquam legitur. Quisquis dicatus, ab Altwino Episcopo circa annum vel anno 1050 assistentibus prædictis novem Clericis fuisse conferatur; eademque occasione Bernardum de Weilheim donasse bonum illud in Ainsun seu Stansen situm?

120) Vide infra ad c. XV. Add. f. 31, n. 6. et XVI. Add. 143

121) Adelreiter Annal. Boic. p. I, l. 17. Lambertus Schaffnab. Hist. Germ. ad an. 1056.

122) Idem Lambertus ibidem. Porro genealogiam Ducum Aquitaniæ, e quibus Agnes Imperatrix nostra fuerat prognata, ita ponit Bollandus Act. SS. ad X Febr.

S. Guillelmus Magnus, Dux Aquitaniæ.

Ebolus D. Aquit. ob. circa 935. Ux. Adela Aug. ♯ filia

Guillelmus II, post Monachus in mon. S. Cypriani, ob. 963.

Guillelmus III D. Aquit. Ux. Emma.

Guillelmus IV D. Aquit. dictus Testeibrachii: ejus ux. 1, Adalmodis. 2, Brisia f. d. Vasion. 3. Agnes.

Guillelmus V D. Aquit. | Odo D. Aquit. | Guillelmus VI. | Guillelmus VII. | Agnes Ux. Henrici III Imp. D. Bavar. ob. an. 1077.

Guillelmus VIII D. Aquit. Ux. Philippa. ob. an. 1126.

B. Guillelmus IX, natus an. 1099, in schismate Anacleto adhæret: conversus a S. Bernardo: obiit Compostellæ in festo S. Jacobi die Parasceves an. 1137, id est, XI Aprilis. a S. Guillelmo Guillelmitarum fundatore distinctus.